

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Andreae Alciati Emblemata

Alciati, Andrea

Patavii, 1661

In amatores metetricum. Emblema LXXV.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

cum libidinum. Plautus Epidico :

*Disuortunt mores virgini longè, ac lupa.
Sic verò dicuntur, fortasse quòd miseros
amantes laniant, excoriant, lacerant & de-
glutiant : E sca enim est meretrix, eodem*

*Plauto teste, quæ tantisper blanditur, dum
illud quod rapinat, videt. Eam etiam mari
similem facit, cum quicquid des deuoret
& absorbeat, satietur nunquam. Sed de his
latius in sequentibus.*

In amatores meretricum.
EMBLEMA LXXV.



VILLOS AE indutus piscator tegmina capra,
Addidit ut capiti cornua bina suo;
Fallit amatorem stans summo in littore sargum,
In laqueos simi quem gregis ardor agit.
Capra refert scortum : similis fit sargus amanti,
Qui miser obsceno captus amore perit.

COM.

COMMENTARI I.

I. **PISCATOR** in cymba sua stans, cornibus & pelle caprina tectus, reti caprum fargum extrahit. Est autem fargus piscis quidam cantharo pisci similis, bis anno pariens, vere & autumno; antris inhabitat, & semper nullū comitatur. Plin. lib. 9. cap. 17. & 51.

II. **Locus Æliani, qui est typus huius Emblematis.**

COMPARATIONIS huius origo sumpta est ab Æliano, lib. 1. de animal. cap. 23. (alii lib. 11. cap. 19. allegant, ego hoc auctore destitutum, dum propero, videre non potui) cuius verba huc conferre nō piguit. φιλέσει τὰς τῶν ἀλόγων αἰγὰς ἰχυρὸς ἰάν γούν πλησίον ἧς ἠέονος γεμομένων ἢ σκιά μιᾶς ἢ δευτέρας ἐν τῇ θαλάσῃ φανῆ, οἷδε ἀσύνως προστίσει καὶ ἀναπνεύσει, ὡς ἠδόμενοι καὶ προσέφασκε τῶν αἰγῶν ποδῶν ἐξαιρέμενοι, καίτοι δὲ πάντι ὄντες ἀλτικοὶ τὴν ἄλλωσιν νηχόμενοι διὰ ὑπὸ τοῖς κύμασιν, ὁμῶς τῆς τῶν αἰγῶν ὀσμῆς ἔχουσιν αἰσθῆσιν, καὶ ὑπὸ ἠδονῆς προσελθὲν ἰπ' αὐτὰς σπεύδουσιν. ἰπεί τοῖνον εἰς τὰ προσηρμῆνα δυσίρωτες εἰσίν, ἐξ ὧν ποδῶσιν, ἐκ τέτων ἀλίσκορται. ἀλιεὺς γὰρ ἀπὸ αἰγῶν αἰγὸς δὲ τὸν ἀσῶν περιεμπήχει σὺν αὐτοῖς τοῖς κίρασι δαρείσας αὐτῆς, λαμβάει δ' ἄρα τὸν ἥλιον κατὰ νότον ἰτιβυλεύων ὁ ἠπρωτῆς τῆ ἀγῶα, εἶτα καταπαθεῖ τῆς θαλάσσης ὑφ' ἧν οἰκῶσιν οἱ προσεηρμῆνοι, ἀλφίτα αἰγῶν ζωμῶ διαβραχύντα. ἰκλόμενοι δ' οἱ σαρκοὶ ὡς ὑπὸ τινὸς ἰνυγος τῆς ὀσμῆς τῆς προσηρμῆνης, προσίασιν καὶ σιτοῦνται μὲν τῶν ἀλφίτων, κληῖνται δὲ ὑπὸ τῆς δαρῆς βλεπομένης ὡς αἰγὸς, αἰρεῖται δὲ αὐτῶν πολλὰς ἀγκίστροσ κληροῦ. Quorū verborum hæc est sententia: Capras fargi admodum amant. Cum n. umbra quadam apparet earū caprarū, qua secundum litus pascuntur, statim præ læticia gestiunt, & quantum maxime possunt, adnātant: & quanquam salire non possunt, tamen salire nituntur, sed frustra tamen. Caprarum odorem percipiunt, etiam si in fluctibus versentur; quæ causa est ut accedere ad capras in primis affectent. At cum in suo amore sint adeo in felici nati fidere, earum causa capiuntur, quas tam depererent. Piscator enim caprina indutus pelle cum cornibus, insidias struit, sole relicto à tergo: atq; farinam iure caprino madefactam in eam deijcit partem ma-

ris, in qua fargi sunt: quo illicio odoris capri fargi accurrunt, farinam degustant, & maxime detinentur, eius pellis caprina quam sentiunt. Ex his itaq; piscator multos valido hamo capit, &c. Sic se habet iuuenilis amastorum facilitas, qui in quoduis forma obiectum, vel capræ etiam laruatæ spectrum ita exardescunt, ut illius laqueis irretiti, vix inde se extricare possint. Porro fargus & eius amor in capras querendus est apud Gaudentium Merulam lib. 3. Memorab. cap. 3. Eundem quoq; pulchre describit Oppianus lib. 4. & Volaterranus lib. 25.

III. **VILLOSÆ indutus piscator &c.]** Piscator indutus caprinam pellē pilosam. Hoc mutuatus est ex Moreto Virgiliano: *Et cinctus villosæ tegmina caprae.* **Addit ut capiti &c.]** additis capiti duobus quasi cornibus, nam stulti amantes induunt & libidinem hircorum, & ferociam taurorum.

Amatorem] amore capræ darentum.

Stans summo in litore] piscator eo culta & tegmine ad litus hærens.

In laqueos] Laqueo amorem significari, & Venerem vinculo, docuit Pierius lib. 48. Hieroglyph. quippe laqueis, retibus, aut decipulis incauti in insidias trahuntur: Sed neminem facilius decipias, & arbitrio colligaris tuo, quam amantem. Quo sensu Virgilius:

Compedibus Venerem, vinculis constringe Lyæum.

Et appositi simè Ouidius 3. de arte:

Dum cadat in laqueos captus quoq; nuper amator,

Se solum thalamos speret habere tuos.

Simi quem gregis ardor agit] Sargus capræ amore darentus, & ementita capræ forma delusus illaqueatur. Simum gregem pro captis dicit, quæ sima dicuntur ob de pressas nares. Eodem enim epitheto vsus est Poeta 10. Ecloga:

Dum tenera attondent sima virgulta capella.

Citantur & hi verficuli Nævij Ægitho:

Tum autem lascivum Nerei simum pecus

Ludens ad cantum classium lustrat.

Capra refert scortum] Quia capra libidinosa admodum est, ut ait Plutarchus in retricem quaestionibus Romanis prope finem, cuius significat hæc

hæc sunt verba: Quid est, quod cane & capella sacerdotem adeo abstinere voluerunt, ut non modò attingere, sed ne appellare quidem liceret; An quod caprâ quasi luxuriosam atq; olidam abhorrent? An quòd tanquam morbidam timerent? Capra enim morsu pestilenti maxime nocet, siquidem germina peruestigat, quæ auidissimè depascitur: sic meretrix adolescentiæ potissimum cupida est, nimirum ætas ea est, quæ ob imperitiam facilius decipiat. Vnde non illepidè Nico Artica meretrix eisdem est, Capra, cognominata est, quòd Thallum adolescentem, qui in Articam mel & caricas empturus advenerat, abligurisset.

Nico meretrix.

Obsceno captus amore perit Initatus & mutatus est illud Ouidij 2. Falstor.

--- cæco captus amore furit.

vbi de Tarquinio amore Lucretiæ capto loquitur. De nomine verò *Obscenus*, quod ad scribendi rationem atinet, pulchrè annotavit Lucius Andreas Resendius, Lusitanus, vir pariter & Græcis & Latinis literis imbutus, in suo Vincentio. *Osci*, inquit, populi fuere Italiæ, de quibus *Æneid.* 7. *Oscorumq; manus.* Hi notati sunt à veteribus de spurcarum libidinum frequentiori usu. Vnde verba impudentiæ & spurca, autore Festo, Verrius tradit *Oscena* appellari. Ergo in prima syllaba b, scribendum non est, nec diphthongus in penultima. Quin etiam si à scena deriuetur (ut Varroni placet, qui sanè etymologias coactiores facit) absq; diphthongo scribi oportet, quoniam in scena, quæ Græcè *σκηνή* dicitur, nulla est. Plura de hac voce commentatus est Baptista Pius in *Lucretium*. Qui *obsenus* scribunt, ab *ob* & *cæno* deriuant.

Obsenus.

Osci.

IV.

Sargus quid.

HOC de sargo pisce, qui si sit à larvato piscatore deceptus, manifestè in eos torquetur, qui cæco turpiq; amore capti decidunt in obscenam personatarum meretricum nassam, mentis errore nescio quorati pulchrum id esse, quod pulchrum apparet, sed tandem eos diu multumq; pœnitet, cum ad sese redeunt; non enim possunt effugere, cum maxime voluit. Quod discrimen ut vitari tandem aliquândo possit, adhibenda est cautio diligens. Nam, ut

Quomodo à turpi amore cavendum sit.

nostrates dicitant, Prius nosse opus est, quàm amare, qui enim primò vitam statim exardet, leuitatis non minimum præ se fert argumentum. Iudicio siquidem est opus & maturo consilio. Proinde bellè profectò Ouid. De remedio amoris primo, qui ut illicitos excludit eiusmodi ignes, sic honestos probat: ait enim *si quis amat, quod amare iuuat, feliciter ardet;*

Gaudeat, Et vento nauiget ille suo.

Sed hodie, proh dolor, scelestos & libidinosos pletosq; flagitioso feminatù amori sese tâquam in seruitutem detestabilem applicantes, tandem insidiarum reti turpissimè capi, & ad omnium fortunarum, famæ, honoris, atq; ipsius vitæ perniciem rucere, & subito præcipitati videmus. Rectè Plautus meretricem mari similem facit, vbi incauti omnium facultatum faciunt naufragium. Huc spectat dictum Architeæ Tarentini apud Platonem: *ἡ δὲ πόλις ἐλεεινὰ κακῶν. Esca malorum voluptas;* qua ut pisces hamo, sic homines omnis generis & ætatis capiuntur. Hinc macaroninè quidem, sed verè & seriò iocatus est ille, quisquis sit, qui cecinit de fraude meretricia:

Voluptas esca malorum.

Vult iuuenem, Veneris propter smoræ are brusorem;

Vult brauum, propriam propter defendere causam;

Vultq; senè, reliquis pro souenire bisognis. Atq; in malhoram mittit finaliter cmos.

Apuleius.

Has tales miratur Apuleius: Quantas, inquit, latebras nequissimæ mulieres pro sua libidine comminiscunt? callidæ, procaeces, temerariæ, & ad flagitia perasturula. Sed au sculetemus, obsecro, sapientissimo Salomoni, qui Prouerb. 5. sic ait: Fauus distillans labia meretricis, nouissima autem illius amara quasi absynthiû, & acuta quasi gladius biceps. Pedes eius descendunt in mortem, & ad inferos gressus eius penetrant. Nunc ergo, fili mi, audi me longè fac ab ea viam tuam, & ne appropinques foribus domus eius. Ad huius Emblematis argumentum copiosius illustrandum, repetenda est pulcherrima Socratis disputatio cum Aristippo 2. Commentariorum Xenophontis, & colloquium eiusdem Socratis cum Theodota, lib. 3.

Salomon.

Causa.